

Quam bene victor es, ut sileam morbosque febresque,
 vestra sit, expulsa morte, medela salus.
 Quam bene victor es, ut sileam quæ fanda : latino
 unus es et graio Tullius eloquio.
 Quam bene victor es, ut morum sileamus honores :
 eximium virtus fert tibi rara decus.
 Quam bene victor es, et cunctis pietate supremus
 Spyridionis dans gesta precesque typis !
 Per te splendescunt patriæ duo lumina ; Iason
 Sosipaterque sacra cum prece numen habent.
 Corcyræque ignota prius Corcyra resurgit,
 virgineumque decus penna diserta refert.
 Vix scribendo æquare stylumque, troposque, phrasesque,
 sufficient celebres Nestor et Isocrates.
 Ipse Meta — excedat longa farragine — phrastes,
 Bulgare, tu modulo victor es atque modo.
 Natis (mutat dogma Plato ob tua facta) parentes
 virtute ornatum nomen emisse velint.

*In devotissimæ servitutis obsequium Baccal^r
 Dominicus Bogus, Min. Con.*

Bibliothèque municipale de Corfou.

 520

Panegyris in festivitate Divæ Catharinæ Virginis, &
 Martyris, & in eiusdem Virginis Templo habita sub
 fortunatissimis auspiciis Illustriss. ac Generosissimi
 D. D. Io. Friderici Fursen Hamburgensis Incl. Nat.
 Ger. Consiliarii eiusdemque celeberrimæ Univers.
 Meritissimi P. Syndici, eidemque sacrata a NICOLAÒ
 CHALICHIOPVLO Patritio Cretensi. Patavii, Typis Pas-
 quati, &c. 1674.

In-4°. Titre emprunté à : Gio. Cinelli Calvoli, *Biblioteca volante
 continuata dal dottor Dionigi Andrea Sancassani*, seconde édition
 tome II (Venise, 1735, in-4°), pp. 136-137.

